



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 31. Petri Navarri obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

cunctosque Gallos, qui in castris ad co-Sæcul. XVI.
gendum agmen remanserant, arma in A.C. 1528.
manibus gestantes trucidarunt, ceteros
vero milites, ac Belliduces ordine in-
feriores captos abstraxerunt; quos in-
ter & ipse Petrus Navarrus, qui postre-
mæ huic aciei præerat, numerabatur.
Hic tanti nominis Bellidux Piscayæ in-
fimo loco natus meritorum suffragio ad
supremas militiæ dignitates ascendit,
primusque fuit, qui cuniculos agendi
artem adinvenit; quamvis nonnulli Scri-
ptores testentur, jam ante Navarri tem-
pora apud Genuenses hujus artis usum
invaluisse.

§. XXXI.

Petri Navarri obitus.

Anno Christi millesimo quingentesimo
duodecimo Navarrus in prælio Ra-
vennatensi a Gallis capiebatur, longo-
que tempore in captivitate sua langue-
bat, quin tamen Hispani, ut ei liberta-
tem procurarent, solliciti essent; unde
ingratam hanc Nationem, cui tam præ-
clara præstítit obsequia, exosus Franci- *Paul. Jov.*
sci Galliarum Regin stipendia merebatur, *in eleg.*
eique usque ad annum Christi millesi- *Alvar. Go-*
mum quingentesimum vigesimum quin- *mez hist. l. 4.*
tum, quo captus, inviolabili fide sua *Brantome*
addixit studia. Attamen Hispani, ut *vie des Capi-*
tain. etrang.

F f 3 ejus

Sæcul. XVI. ejus defectionem plecterent, vinculis
A.C. 1528 onustum in eandem Neapolis arcem de-
 truserunt, in quam viginti octo abhinc
 annis Hispanos dexteritate sua introdu-
 xerat.

Referunt Scriptores, Navarrum juf-
 su Caroli V. laqueo interemptum fuisse,
 quamvis non desint alii, qui eundem
 noctu geminæ vestis stragulæ operimen-
 to suffocatum existiment. Denique alii
 eum tædio consumptum obiisse affirmant.
 (*) Corpus ejus Consalvus Ferdinandus Suessiæ Princeps Neapolitani in Eccle-
 sia S. Mariæ Novæ sepeliri curavit, e-
 jusque monumento sepulchralem inscri-
 ptionem addi curavit, cuius ultima ver-
 ba sunt hæc: *Etiam virtus in hoste lau-
 datur.*

§. XXXII.

(*) De Navarri obitu Paulus Jovius ita scri-
 bit: *Cum Aurantius vicerit Andegavensis fadio-
 nis aliquot Proceres iussu Cæsaris securi percu-
 sisset, & eadem pœna Navarro bis rebelli, bis
 que capto immineret, eum lethali affectum mor-
 bo custos arcis tanquam Hispano homini, & re-
 bus in Africa adversus Barbaros gestis inclito
 hoc indulgebat, ut parva mora tanquam pro-
 pinqua jam morte parati carnificis manus ela-
 beretur; quamquam non desint, qui eum extre-
 ma instantis fati suspiria trahentem stragulæ ve-
 stis operimento suffocatum existiment.*